

Obiit tamen aliqui separabilitatem extremorum possibilem secundum divinam virtutem non esse utilem ad cognoscendam reale distinctionem, ac proinde integrare non posse adaequatum signum realis distinctionis, probatur assumptum, quia praeter separationem humanitatis a personae in Incarnatione, & accidentium a substantia in Eucharistia, non sunt alia per divinam virtutem separata, ergo cum nescimus in aliis, quae sint per divinam virtutem separabilia, hoc signum nobis est inutile. Deinde in nostra schola, si Spiritus Sanctus non procederet a Filio, adhuc realiter distingueretur ab eo ex Doctore 1. dist. 11. qu. 2. sed in tali casu nullum interveniret signum ex allatis, quia nec actu esset ab eo separatus in esse, neque separabilis, neque proportione correspondens illi, quae possunt separari, quia non se haberent, ut producentes, & productum, ergo singula haec signa etiam simul, & conjunctim sumpta non integrant adaequatum realis distinctionis signum.

Resp. negando assumptum, ad probationem negatur sequela, in qua male supponitur prius aliqua cognosci debere separata, quam cognoscatur separabilia per divinam virtutem, quamvis enim aliqua non sint adhuc a Deo ad actum separationis reducta, adhuc tamen possunt nobis innotescere, ut separabilia a Deo, vel arguendo ex his, quae iam sunt separata ad similia ratione continuitalis dependentiae, vel arguendo ex destructione implicationum, ut solemus in aliis quibuslibet ad divinam virtutem pertinentibus. Ad aliud respondet Poncius quod adhuc in tali casu distingueretur realiter Filius, & Spiritus Sanctus, qualicet Filius tunc actu non produceret Spiritum Sanctum, postea tamen produceret, quae productio possibilis sufficeret ad realem distinctionem unius ab alio, deinde inquit, descriptam esse per ea signa omnem distinctionem realem possibilem, non vero distinctionem omnem, quae daretur in casu impossibili, qualis est casus iam propositus. Utraque responsio falsa est, prima quidem, in eo casu supponitur non esse Filio communicatam virtutem spiritalivam scilicet, voluntatem secundam, ergo in eo casu nedom actu non produceret Spiritum Sanctum, sed nec etiam produceret posset, quod si dicat, quod posset saltem illum producere in alio casu scilicet in eo, qui de facto datur, ubi est contra signa illa, separabilia nimirum actualia, vel potentialia, vel proportionalia quoad distinctionem inferendam sigillatim, ac seorsim sumpta erant sufficientia. Unde colligitur quoad distinctionem realem inferendam posse quidem de signa sufficientia, quae tamen non sunt adaequata, ut supra discussum est, ac quoad identitatem minime, quia nullum potest assignari signum eius sufficientis, quum simul adaequatum, ac eum esse convertibile, ac eo ipso quod esse inadaequatum, est etiam insufficientis. Colligitur secundo in consilio a Recentioribus pro adaequato signo realis identitatis assignari inseparabilitatem actualem, & potentialem, quia multa sunt inseparabilia etiam per potentiam Dei absolutam tam in sententia Thomistarum, quam Scotistarum, quae adhuc realiter distinguuntur. Colligitur tandem immerito Pasqualig. disp. 44. sed. 2. impugnavit has conditiones a Scotis requisitas ad realem identitatem, quia inseparabilitas (inquit) nequit esse constitutiva huius identitatis, sed potius esse quid consequens, itaut ex illa tanquam ex signo a posteriori colligatur identitas, sicut ex separabilitate colligitur distinctio; tum quia valet argumentari, ideò implicat talis separatio, quia extrema invicem identificantur realiter, ergo inseparabilitas supponit identitatem constitutam in suo esse, & non eam constituit. Immerito, inquam, Pasqualig. ita urget Scotistas, quia nequaquam ipsi intendunt identitatem realem per eas conditiones formaliter constituiti, sed mensuram fuit per eas influentiam earum identitatis realis, tanquam per signa a posteriori, sicut per conditiones oppositas patet a posteriori naturam distinctionis realis indicabant, & quidem in hoc sensu Magist. Formal. loc. cit. identitatem realem per eas descriptas conditiones, cum ait illa esse realiter eadem, quae nec sunt separata, nec separabilia etc. Solent etiam hic ab Auditoribus assignari varii multipliciter secundum identitatem, in hoc enim consistit oppositio inter distinctionem, & identitatem, quod distinctio dicat multipliciter secundum illud, secundum quod identitas dicit simpliciter; quod etiam confirmat ex proportione ad alias distinctiones, sicut enim distinctio realis dicit multipliciter secundum esse reale, & formalis secundum esse formale, ita essentialis debet dicere multipliciter secundum esse essentialia.

modo, quae identitatem uni essentiae singulari; secundo autem modo illud dicitur idem essentialiter alicui, quod concurrit intrinsece ad constituendam eius essentiam; & hinc autem esse modum identitatis essentialis constituentem, speciem distinctam ab aliis, quia primus modus coincidit cum identitate reali praesertim in creatis. Hoc tamen adhuc negat Tromb. art. 2. princ. Formalit. & 5. partiali, ratio ipsius est, quia esse de essentia alterius est esse idem formaliter cum illo, ac proinde identitas essentialis secundo modo coincidit cum formali. E contra vero duplicem quoque assignant modum distinctionis essentialis oppositum duplici modo identitatis, primus modus distinctionis oppositus primo modo identitatis, est diversitas essentiarum, unde hoc modo dicitur essentialiter distingui, quae cumque habeant aliam naturam, & essentiam, ut homo, & Leo; secundus modus distinctionis oppositus secundo modo identitatis, est, quando unum non est de essentia alterius, quo pacto accidens dicitur essentialiter diversum a substantia, quia non pertinet ad intrinsecam eius constitutionem, & hinc secundum modum distinctionis autem constitutivae peculiariter speciem distinctionis essentialis ab aliis conditum; haec in summa est doctrina, quam passim tradunt Formalistae nostri de Identitate, & Distinctione essentiali. Vnde Pasqualig. 5. Met. c. 6. §. 6. loc. 2. negat identitatem, & Distinctionem essentialialem constitutivae speciem ab aliis conditum, eamque reducit ad formalem, unde ponit duplicem identitatem, & distinctionem formalem, unam essentialialem, & alteram puram formalem, Achillin. autem trac. de Distinct. c. 24. ultra modum identitatis a Scotis assignatos, addit alium identitatis modum, quod videlicet ea sunt idem essentialiter, quae conveniunt in una natura essentiali; aut quidditate, qui modus identitatis omnino videtur necessarius, quia Scotista debent illa esse idem essentialiter, quae communicantur in una essentia singulari, ac haec communicatio plurimum nedom contingere potest in una essentia singulari, sed etiam communi, nam haec ratione plurimam individua eiusdem speciei fieri dicuntur eadem specificiter, ita quoque dici debent eadem essentialiter, quia identitas specifica est identitas essentialis. Conf. ex opposito modo distinctionis, quia Scotista explicandum primum modum distinctionis nedom appellat essentialiter distincta, quae habent diversas naturas singulares, sed absolute dicitur essentialiter distingui, quae habent diversas naturas, & essentias, tales autem habent homo, & Leo, ergo fieri dicuntur essentialiter distingui praesertim, quae habent diversas naturas communes, sic etiam dici debent essentialiter eadem, quae conveniunt in eadem natura communi specifica, ac etiam generica; quia quod modus dicitur unum oppositum, tot modis dicitur & reliquum. Distinctionem autem essentialialem ait Achillin. ibidem esse diversitatem in natura, ac definitione, adeoque illa fiat essentialiter distincta, quae sunt alterius rationis, hoc est, definitionis, cum definitio explicet essentiam rei, sic etiam loquitur Meurisi loc. cit. Pasqualig. tandem disp. 62. Metaph. reit. cit. primum modum identitatis essentialis assignatum a Scotis, utpote, quia explicat solam identitatem realem rerum, non vero essentialialem, & retinet solum secundum, utpote qui constituit propriam speciem identitatis essentialis ab aliis conditum, quam ita explicat, ut identitas essentialis formaliter dicat unitatem, ac simpliciter essentiae, quod probat ex proportione ad alias identitates, identitas enim realis dicit simpliciter secundum esse reale, ergo servata proportione identitas essentialis dicit multipliciter secundum essentiam. Praeterea, ubi est eadem natura, ibi debet esse etiam identitas, & ubi non est diversitas naturae, est eadem natura, ergo posita in essentia simpliciter habet identitatem essentialis formaliter. Ex quo postea deducit e contra distinctionem essentialialem dicere formaliter multipliciter secundum essentiam, cum enim identitas essentialis dicit indivisibilitatem secundum essentiam, distinctio debet dicere multipliciter secundum essentiam, in hoc enim consistit oppositio inter distinctionem, & identitatem, quod distinctio dicat multipliciter secundum illud, secundum quod identitas dicit simpliciter; quod etiam confirmat ex proportione ad alias distinctiones, sicut enim distinctio realis dicit multipliciter secundum esse reale, & formalis secundum esse formale, ita essentialis debet dicere multipliciter secundum esse essentialia.

QUESTIO IX. De natura Identitatis, ac Distinctionis essentialis.

190 Peculare institutum quae situm de Identitate, & Distinctione essentiali, non quia haec constituit peculiarem speciem Identitatis, & Distinctionis ab aliis conditum, & disparatam, sed quia variis modis ab Auditoribus explicatur, & distinctum est, cum Sicut. art. 2. princ. & 5. partiali assignat, Identitatem essentialialem huiusmodi sumi posse, primo per identitatem, quae aliqua identificantur uni essentiae singulari, & iuxta hanc acceptionem conceduntur identitatem essentialialem cum reali coincidere, quia unaquaeque res propria habet essentiam, praeterea in divinis, ubi cum res personae uni essentiae singularissimae identificantur, sunt idem essentialiter, & tamen inter se realiter distinguuntur. Alio modo sumitur identitas essentialis, cum aliqua dicuntur de essentia alterius, sicut rationalitas est de essentia hominis: unde ea dicuntur esse idem essentialiter primo modo,

enim constituit in primo modo dicendi per se, sed ita constitutum supponit, cum illi conveniat tantum in secundo modo dicendi per se, & in eodem sensu a fortiori accidentia communia dicuntur distingui essentialiter ab homine, vel alia quacumque re, cui mere accidentialiter, & extrinsece superveniunt; neque in probatione huiusmodi identitatis, & distinctionis essentialis opus est amplius laborare, quia de se adeo evidens est, ut & gratia admittat Pasqu. Solim advarter oportet, quod identitas, & distinctio essentialis in hoc sensu non sunt relationes mutuae, quia partes v. gr. sunt de essentia totius, & consequenter in hoc sensu essentialiter illi identificantur, ut constat tam in toto physico, quam metaphysico, nam materia, & forma sunt de essentia compositi naturalis, genus, atque differentia de essentia compositi metaphysici, totum autem non dicitur, identificari essentialiter cum suis partibus, quia non est de essentia illarum, sed earum essentiam non constituit. Et haec de causa est contra totum dicitur essentialiter distingui a suis partibus constitutivis, non autem e contra, ratio huius est, quia identitas, & distinctio in hoc sensu fundantur super operationem constitutivam, & constituti, quia si est constitutus, distinguitur essentialiter ab eo, sed impossibile est idem esse constitutus, & constitutum respectu ejusdem, vel plura. Invenimus enim, & mutuo constitutivae, ergo implicat identitatem, & distinctionem essentialialem in hoc sensu, ut importat relationes mutuas ex peculiari natura, & conditione eorum, probatur minor; quia principia constitutiva, ut sic, respectu constituti sunt priora saltem natura respectu constituti, constitutum vero posterius illis, ergo nequeunt plura mutuo inveniri constitutivae, quia simul, & semel unum esset prius, & posterius alio.

191 In hac re, ut dixi, esse nequit, nisi controversia de nomine, & de modo loquendi, si bene intelligitur, & quia tota contentio oritur ex diverso modo loquendi Auditorum de hac identitate, & distinctione essentiali; ut tollatur omnis confusio, & equivocatio, quae contingere potest in vocabulis identitatis, & distinctionis essentialis, clarè, & distinctè procedendum est declarandum varias earum acceptiones, iuxta quas procedendum est declarandum distinctionem realem, & formalem, quae ut supra dicitur, sunt species ab aliis conditum. Primo itaque tractandum est duplicem illam acceptionem identitatis, & distinctionis essentialis a Scotis assignatam esse legitimam, itaut una modo de constitutivis dicatur, alio modo de rebus ipsis constitutivis; & hoc satis probatur per communem usum loquendi apud omnes, sicut enim dicitur animal, & rationale identificari essentialiter cum homine, quia cum essentialiter constituitur, ut predicata quidditati, ac in primo modo dicendi per se, ribilitatem vero distingui essentialiter ab homine, quae est extra essentiam ejus, nec

secundo modo dicendi per se, sed ita constitutum supponit, cum illi conveniat tantum in secundo modo dicendi per se, & in eodem sensu a fortiori accidentia communia dicuntur distingui essentialiter ab homine, vel alia quacumque re, cui mere accidentialiter, & extrinsece superveniunt; neque in probatione huiusmodi identitatis, & distinctionis essentialis opus est amplius laborare, quia de se adeo evidens est, ut & gratia admittat Pasqu. Solim advarter oportet, quod identitas, & distinctio essentialis in hoc sensu non sunt relationes mutuae, quia partes v. gr. sunt de essentia totius, & consequenter in hoc sensu essentialiter illi identificantur, ut constat tam in toto physico, quam metaphysico, nam materia, & forma sunt de essentia compositi naturalis, genus, atque differentia de essentia compositi metaphysici, totum autem non dicitur, identificari essentialiter cum suis partibus, quia non est de essentia illarum, sed earum essentiam non constituit. Et haec de causa est contra totum dicitur essentialiter distingui a suis partibus constitutivis, non autem e contra, ratio huius est, quia identitas, & distinctio in hoc sensu fundantur super operationem constitutivam, & constituti, quia si est constitutus, distinguitur essentialiter ab eo, sed impossibile est idem esse constitutus, & constitutum respectu ejusdem, vel plura. Invenimus enim, & mutuo constitutivae, ergo implicat identitatem, & distinctionem essentialialem in hoc sensu, ut importat relationes mutuas ex peculiari natura, & conditione eorum, probatur minor; quia principia constitutiva, ut sic, respectu constituti sunt priora saltem natura respectu constituti, constitutum vero posterius illis, ergo nequeunt plura mutuo inveniri constitutivae, quia simul, & semel unum esset prius, & posterius alio.

192 Secundo deinde probatur contra Pasqualig. aliam quoque acceptionem identitatis, & distinctionis essentialis, ut dicitur de rebus constitutis, esse legitimam, immo magis propriam, quam sit praecedens, nam, ut Pasqualig. ipse concedit, illa proprie dicuntur idem essentialiter, quae participant eandem essentiam, & in eadem essentia communicant, illa vero dicuntur essentialiter distincta, quae habent plures essentias, & naturas, ergo haec acceptio est vera, & legitima, & magis propria, quam praecedens, probatur consequentia, quia iuxta hanc acceptionem illa dicebantur secundum Scotistas eadem essentialiter, quae uni essentiae singulari identificabantur, unamque essentiam participant, & e contra essentialiter distincta, quae non eandem participant essentiam, sed aliam, & aliam; Ex quo patet, quod identitas, & distinctio essentialis, ut explicatur a Pasqualig. non coincidunt cum secundo modo identitatis, & distinctionis essentialis a Scotis assignato ab initio articuli, ut ipse ait, sed cum primo, quem tamen ipse condemnabat, nam eodem profus modo explicat ipse identitatem, & distinctionem essentialialem, sicut eam Scotista explicabat in primo sensu captam, ut dicitur de rebus constitutis, quae habent eandem essentiam, vel diversam. Est autem ad verendum identitatem, & distinctionem essentialialem in hoc sensu esse mutuas, quia implicat in hoc sensu hoc esse idem alicui, & non e contra, nam quae sunt eadem uni tertio, sunt quoque eadem inter se, implicat etiam hoc esse distinctum essentialiter ab ipso, & non e contra, quia si hoc non communicat in eadem natura, & essentia cum alio, neque illud aliud communicabit cum illo, ratio a priori est, quia identitas, & distinctio essentialis in hac acceptione sunt relationes primi modi ex assignatis 5. Met. quae fundantur super unitatem, & pluralitatem, seu multipliciter essentialium, & ideò quae habent, vel participant eandem essentiam, reciproce dicuntur eadem, quae vero participant diversam, reciproce quoque dici debent essentialiter distincta; ex quo tandem confirmatur, quod nuper dicebat identitatem, & distinctionem essentialialem in hac acceptione, ut dicitur de constitutivis, esse magis propriam, quam sit praecedens, ut dicitur de constitutivis, quia illa proprie non fundatur super unitatem, & pluralitatem essentiae constitutivae, sicut ista; sed quamvis ista sit magis propria, quam praecedens, adhuc tamen illa frequens est, ac consueta in scholis, ut diximus d. 5. Phys. q. 1. 3. art. 1. n. 164. loquendo de toto, & partibus.

193 Tertio insuper addendum est, identitatem, & distinctionem essentialialem in prima acceptione Scotistarum, ut scilicet dicitur de rebus ipsis constitutis, non esse restringendam ad communicationem dumtaxat in eadem essentia singulari, aut diversitatem in ea ut Scotista aiebant quia communicatio plurimum nedom contingere potest in eadem essentia singulari, quo pacto omnes gradus metaphysici ejusdem individui in eadem essentia sic communicare dicuntur, & e contra in ea diversificari dicuntur plura individua ejusdem speciei, ut Sortes, & Plato, sed etiam contingere potest communicatio in eadem natura, vel essentia communi, quo pacto plura ejusdem speciei individua in eadem essentia specifica communicant, ob quam communicationem dicuntur eadem specie, & e contra dicuntur diversa essentialiter, si habent diversas essentias, vel naturas específicas, ut Petrus, & Boetius, hoc manifestè concinunt rationes a nobis ex propriis paulo supra adductae pro opinione Achillin. concedendum itaque est, modum illum primum identitatis, ac distinctionis a Scotis assignatum habere latitudinem, posseque dupliciter contingere, primo in una numero essentia, aut numero multiplicata, secundum in una essentia specifica, vel generica, aut sic multiplicata, sicut enim hac ratione individua diversarum specierum, vel generum







sed diximus: ita quoque duplex identitas, vel distinctio modalis assignari potest, alia nimirum modi extrinseci ad re, cuius est modus, & alia modi intrinseci: & de utraque in praesenti agendum nobis est, licet Recentiores de sola distinctione modalis extrinseci agant, ut potest qui non alios modos rerum agnoscere videntur praeter extrinsecos, & Scotista contra agnoscunt praeter intrinsecos: sed hoc iam cit. ostendi hos, & illos pari passu errare, & necessarios esse in rerum natura modos utriusque generis, tam scilicet extrinsecos, quam intrinsecos; illos quidem pro rebus physicis determinandis, illos vero pro realitatibus metaphysicis; unde consequenter dabitur distinctio modalis utriusque generis in rerum natura circa operationem intellectus, atque ideò de utraque in hac quaestione agemus, & primo quidem de distinctione modalis extrinseci, deinceps vero de modalis intrinseci.

Recentiores passim hanc distinctionem modalem extrinsecam, seu modi extrinseci ad re, cuius est modus, assignant quidem, ut distinctionem praecedentem omne opus intellectus, nolunt tamen coincidere cum distinctione reali proprie dicta, quae est inter rem, & rem; quia modus non est res, cum se solo existere nequeat, sed modificatio, & circumstantia rei, atque ideò eam constituunt, ut speciem distinctionis mediam quodammodo inter distinctionem propriam realem, & distinctionem rationis, quam placuit Suarez disp. 7. Met. sect. 1. appellare distinctionem ex natura rei, ut à propria reali eam conditioningerent, & à distinctione rationis, quam sequuntur Morian. disp. 1. Log. qu. 6. art. 1. Aver. qu. 5. Phyl. loc. sec. 8. Amic. tract. de Distinct. qu. 13. & alii quampures, quam distinctionem modalem verari dicunt nedium inter rem, & rem, sed etiam inter plures modos sive eisdem rei, sive diversarum invicem comparatos, ut inter ambas uniones materię, & formae. Addunt denique propriam, & adaequatam signum hujus distinctionis modalis esse separabilitatem quoad existentiam in individuo non mutuum, sive separabilitatem illa sit per potentiam naturalem, sive supernaturalem, ita Suarez cit. num. 6. & Amic. num. 8. ratio est ut qualificata quia ex hujusmodi separatione non natura rectè convincitur ea remque potest manere destructo alio extremo, habere per se suam realitatem entitativam, & essentialiter independentem ab illo extremo, quod destructi potest illa manere, non vero potest illud concludi aliud extremum, quod potest destructi, habere ex se propriam entitatem, quia illud extremum tale est, ut manere non possit sine altero, sed ad hoc sufficit, ut sit modus ejus, immò hoc est intrinsecum entitati modalis, ut per se manere non possit, nec separari ab eo, cuius est modus, ergo ex praedicta separatione non potest concludi major distinctio, quam modalis. Conf. nam ita comparatur motus localis ad mobile, sessio ad sedentem, actio ad terminum; inter quae nullus, qui rectè sentiat, majorem distinctionem ponit, quam modalem.

200 Dicendum est hanc distinctionem modalem sive sit inter rem, & modum extrinsecum ejus, sive inter plures modos invicem comparatos contineri quidem sub distinctione ex natura rei, ut fecerunt à distinctione rationis, non tamen constituere speciem disparatam, & condistinctam à distinctione reali, sed ad ipsam pertinere, & reduci. Conclusio est Scoti 3. quod. art. 1. & 2. d. 1. quae 5. quod si adducit ubi ait hanc esse contentiorem de nomine, quia iuxta varias acceptiones entitatis, & rei potest hujusmodi distinctio vocari realis, & modalis, quam amplectuntur etiam nonnulli ex Recentioribus melioris notae, ut e. Arriag. disp. 1. Metaph. sec. 4. num. 97. inquit; distinctionem realem dicitur in realem simpliciter, id est rem, quae est inter duas res simpliciter, & in realem secundum quid, id est modalem, non quia hae secunda in ratione distinctionis sit minor, sed quia unum extremum est modus alterius, dico modum alterius (inquit) nam licet ambo extrema sine modi, dummodo unum non sit modus alterius absolute dicuntur realiter distingui, & non modaliter, sic duae uniones realiter distinguuntur, quia inter se non sunt modi, à subiectis tamen solum modaliter distinguuntur, quia sunt illorum modi; ita Arriag. loc. cit. & sic etiam loquitur Pasqualig. disp. 51. sec. 2. num. 6. ubi ait, si distinctio modalis consideretur secundum seipsam formaliter in ratione distinctionis esse aequè realem, ac est illa, quae est inter rem, & rem, licet modalis dicatur sumpta denominatione ad alio extremo, qui habet rationem modi respectu alterius, sic tandem loquitur etiam Horrad. disp. 6. Met. sec. 2. subsec. 1. §. 3. ubi ait hanc distinctionem sub reali contineri, quia existit à parte rei, & sic modum simpliciter est ens reale, ita & eius distinctio realis, vocatur autem modalis, quia alterum, vel utrumque est modum de quo ait late egisse disput. 2. sect. 5. ibique ostendisse modum esse rem, vocari autem modum, quia non tam videtur novam afferre entitatem, quam novam determinationem entitatis praesistentis, quod & ego quoque late ostendi superius disp. 2. Metaph. qu. 6. art. 1. ubi ego ex parte de modis extrinsecis, & intrinsecis rerum, unde sicut ibi dixi modum esse rem loquendo de modo extrinseci (nam intrinsecus neque est res, neque formalitas proprie loquendo, ut ibi explicatum est) ita hic consequenter afferendum ejus distinctionem à re esse talem in ratione distinctionis, & alicuius, & solum dici modalem ex parte sui sumpta denominatione à manere modificandi, quod gerit circa rem ipsam, cuius dicitur modus.

Est autem probati conclusio ex dictis supra n. 171. ex pra-

cipuo signo distinctionis realis, quod est separabilitas, modum enim intrinsecus separabilis est à re, cuius est modus, absque quo res illa aliquid luce entitatis intrinsecae amittit, ergo vera distinctio realiter ab ea. Probatur consequenter, quia separabilitas duorum, sive sit mutua, sive non mutua, est sufficiens signum realis distinctionis, inter alia duo, ut probatum est n. 187. Quod rursus confirmari potest; quia quando videmus aliquo modo ita separari, ut unum destruat, aliud vero remanere integrum, & illibatum in sua intrinseca entitate, tunc arguimus illa duo diyersas habere entitates, & existentias, nam si unum haberet eandem prorsus entitatem, & existentiam cum alio, vel tunc utrumque desineret, vel neutrum, quia nihil desinere potest, nisi etiam ejus entitas desinat, ac existentia, ergo etiam hae separabilitas non mutua sufficiens signum est realis distinctionis. Tum quia D. Aug. 6. de Trin. cap. 6. ex hae separabilitate non mutua arguit realem distinctionem inter magnitudinem, & figuram; & Arist. etiam 1. Phyl. ex hae separabilitate non mutua arguit realem distinctionem inter materiam, & formam, quia nimirum videbat materiam manere, & formam destrui, neque ipse cogitavit unquam posse formam saltem per Dei potentiam à materia separari conservari potest, cum ergo res, & modus sint ab invicem separabilia, concludatur etiam, eorum distinctionem dici posse, ac debere realem. Tum quia distinctio realis à toto generis in minus se habet, quam separatio, vel separabilitas sive sit mutua, sive non mutua, non enim quaecumque sunt realiter distincta, sunt separabilia, cum separabilitas non sit aequatum, & convertibile signum, cum distinctione reali, bene tamen e contra, quaecumque sunt separabilia, sunt realiter distincta, cum ergores, & modus separari possint, sufficit hae separabilitas etiam non mutua ad inferendam talem distinctionem.

202 Resp. Pasqualig. loc. cit. quod licet hae distinctio modalis in formaliter considerata, & in ratione distinctionis sit aequè realis ac illa, quae est inter rem, & rem, subdit tamen n. 8. quod si distinctio consideretur ex parte extremorum, & ut qualificata per ipsa, distinctio hae non potest dici realis, quia modus debet à ratione rei, cum nec habeat propriam entitatem, nec propriam existentiam, distinctio autem realis versatur inter rem, & rem. Hae responsio plane admittit, quantum hic probare intendimus, nempe distinctionem modi extrinseci ad re, cuius est modus, esse realem respiciendo naturam distinctiois in se, sed ulterius nunc ergo, & proba, posse dici realem etiam ex parte extremorum, quia etiam modus est res, quantum sufficit ad denominandam distinctionem realem ex parte utriusque extremi, nam dici potest ens, & res eo modo, quod descendit in decem praedicta, & licet modus non sit res, sicut illa, cuius est modus, non tamen nulla res est, sicut nec ullum ens, inquit. Scotus loc. cit. quod 3. & 2. d. 1. qu. 5. Conf. quia licet modus petat semper esse connexus cum re, cuius est modus, adhuc tamen dici potest, & debet res, ut à realitate distinguitur, & quantum sufficit ad denominandam distinctionem realem ex parte sui, quia res dicitur, quod habet propriam entitatem, & existentiam, secundum quam immediate potest esse terminus causalitatis physicae, ut supra dictum est, sed modus habet se propriam entitatem, & existentiam, ergo potest dici res absolute loquendo, licet dicatur modus, per comparationem ad rem, quam modificat, probatur minor, quia incipit modus de novo in subiecto, & desinit, non incipiente, vel desinente subiecto, sed hoc prorsus impossibile foret, si modus eandem prorsus haberet entitatem, ac existentiam cum re, cuius est modus, quia nequit aliquid incipere, vel desinere, nisi quoque desinat ejus entitas, vel existentia; tum quia D. Aug. loc. cit. hoc probat figuram non identificari realiter cum quantitate, nec habere eandem entitatem, ac existentiam cum ipsa, quia potest esse quantitas sine figura, quod evidens signum est unum non esse idem cum alio, nec habere eandem entitatem, vel existentiam cum illo.

Respondent Recentiores illud proprie dici rem, quod se solo existere potest non indiget altero, cui sit asinum, modus autem se solo existere nequit, sed postulat esse perpetuo asinum rei, quam modificat, & ideò nequit dici res, nec distinctio realis ex parte ipsius. Addunt distinctionem realem esse talis naturae, ut versari debeat inter extrema, quorum utraque simul, & actu possint conservari in rerum natura absq; reali unione inter se, ut corpus, & anima, Petrus, & albedo, quo pacto non se habent res, & modus, quia licet quantitas possit esse sine figura hae, & illa non tamen e contra; unde cum dicitur separabilitatem esse, intransibile signum distinctionis realis, ajunt id debere intelligi de separabilitate mutua, & cum retentione propriae existentiae, ita ut unum possit ab alio separatum conservari, & consistere saltem per Dei potentiam, quo pacto non se habet modus respectu rei, cuius est modus. Sed hae responsio diffinitur non evacuat, quia ad rationem Rei simpliciter, & absolute loquendo, ut realem fundat distinctionem, minimè requiritur, ut se sola existere possit, sed sufficit, quod per veram efficientiam, & physicam causalitatem accipiat esse per se, sive solitarie existere possit, sive non, ut dictum est n. 160. ita autem se habet modus, quia de novo produci potest in re, quam modificat, & destruitur sine productione, & destructione rei, cuius est modus, ut pater de unione respectu subiecti, sessione respectu sedentis, praesentia respectu rei locatae, sed propriae reifluentia, & existentia est terminus ad quem productionis, & destr-

terminus, à quo destructionis, & destructionis, ergo modus proprie potest dici Res, ut res à realitate distinguitur. Neque refert modum non produci in seipso, nec in seipso desinere, sed in alio, id enim non infert, quod propria careat essentia, & e silientia, sed solum, quod non habeat suam essentiam, & existentiam solitariam, seu se sola existere natam, sed necessariò alteri associatam, quemadmodum ipsi Adversarii dicere solent de actu vitali respectu potentiae vitalis, quod ab intrinseco, ac essentiali ab ipso dependentiam neque per Dei potentiam potest ab ipsa seipsum conservari, neque ob id dicere eum modum potentiae vitalis, sed adhuc esse vera res, & entitas. Neque tandem verum est, quod dicebatur, ad distinctionem realem necessariam esse separabilitatem mutua extremorum, ita ut unumquodque reciproce possit separatum ab alio conservari, non inquam, id necessarium est, ut sapienter inculcavimus, sed sufficit, quod unum remanere possit in sua entitate integrum alio destructo, cum ergo possit modus à subiecto separari, & destrui absque eo, quod aliquid entitatis subiecti deperdat, argumento est realiter inter se distingui, & hae est separabilitas, quae dicitur esse signum distinctionis realis inter aliqua duo, ut scilicet unum remaneat integrum, & illibatum in sua entitate absque alio, sive hoc patitur separatum ab eo conservari, sive destrui, unde per accidens est ad realem distinctionem, quod utrumque extremum possit separatum conservari, ut dictum est qu. 3. loquendo de signis distinctionis realis.

203 Ex qua doctrina labuntur fundamenta Recentiorum ab initio quaest. relata, quibus probant, distinctionem rei, & modi non posse dici realem, quod res non est modus, & adaequatam signum distinctionis modalis esse separabilitatem non mutua; non inquam, hoc dici potest adaequatam ejus distinctionis signum, & cum ea convertible, quod quaecumque sunt se separabilia, non realiter distinguuntur, sed tantum modaliter, quia inseparabilitatem duarum entitatum cum retentione propriae existentiae ex parte utriusque potest esse alius orici capitis, scilicet ratione intrinsecae, & essentialis dependentiae unius ab alio, qualem dicunt Thomista intervenire inter actum vitalem, & potentiam, & nos inter totum, & partes unitas, & inter duo relativa, quorum neutrum potest esse alio existere, & conservari, ut relativa sunt, & tamen adhuc in ratione relativitatem realiter distinguuntur, quia fundat correlationes realiter distinctas. Praeterea principiter potest adhuc probari distinctionem rei, & modi extrinseci posse dici realem ex tertio signo realis distinctionis assignato sub n. 183, quod erat oppositio productentis, & producti causalitatis, & causati, cum nihil possit causare seipsum, cum ergores causet suum modum ad minus in genere causae materialis, immò & interduum efficientis, consequenter dicendum est, quod etiam si ex separabilitate rei, & modi non sufficienter colligeretur distinctio realis inter illa, quia non est separabilitas mutua, adhuc tamen sufficienter colligi potest ex oppositione productentis, & producti causalitatis, & causati, quod erat signum realis distinctionis, ergo distinctio rei, & modi extrinseci res vera est realis, neque speciem constituit disparatam à distinctione reali.

Oppositum tamen contendunt probare Recentiores cit. & Primo probat Amic. ex Arist. 3. Phyl. 21. ubi motum, actionem, & passionem ait esse idem subiecto, & differre ratione, quod utique nequit intelligi de sola distinctione rationis, id est facta per intellectum, sed majori, quae cum non sit realis, debet dici modalis. Resp. modum realiter distingui ab actione, & passione ex dictis disp. 15. Phyl. qu. 3. & sic etiam distinguitur de actione, & passione. ut ostendit supra in hac ipsa disp. qu. 1. art. 6. n. 59. quid autem intendat Arist. 3. Phyl. 21. cum ait motum, actionem, & passionem esse idem subiecto, seu materialiter, & differre ratione, seu formaliter jam explicat ex loc. citato ac etiam in expositione textus super Phyl. ex Scot. 4. distinct. 3. quae 1. l. Deinde obicit Suarez disp. 7. Met. sec. 1. num. 21. necessariò admitti debere distinctionem modum modi extrinseci ad re, cuius est modus, ut speciem disparatam, & condistinctam à distinctione reali, quae est inter rem, & rem, & ut distinctionem minorem illa praeter opinione intellectus, quia separabilitas mutua, qualis est inter Petrum, & Paulum, vel esse potest inter animam, & corpus, arguit majorem distinctionem, quam separabilitas non mutua, qualis est inter rem, & modum, separabilitas mutua non arguit nisi distinctionem realem propter, ergo separabilitas non mutua non arguit talem, aut tantam distinctionem. Conf. quia distinctio realis propria debet esse inter rem, & rem, sed distinctio, quae est inter rem, & modum non est distinctio rei à re, sed rei à modo, ergo non est realis. Denique modus tantum includit conjunctionem cum re, cuius est modus, ut per nullam potentiam sine illa esse possit, ergo signum est, illam conjunctionem esse quandam modum identitatis, est ergo minor distinctio inter modum, & rem, quam inter duas res.

Resp. Poncius 3. sui Curis d. 20. qu. n. 10. negando majorem, nam quod modus non possit existere sine modificata, non provenit ex defectu distinctionis, sed ex natura particulari sua, quae cum sit essentialiter determinativa modificandi, non potest sine ipso existere, quam solutionem confirmat, ac simul objectionis infirmitatem ostendit, quia si mutua separabilitas argueret majorem distinctionem, quam separabilitas non mutua, etia separabilitas mutua naturalis qualis est inter Petrum, & Paulum, argueret majorem distinctionem, quam separabilitas non mutua naturalis, qualis est inter Petrum, & albedinem, vel inter intellectum, & intellectum, & conf-

quenter non daretur distinctio realis propria inter Petrum, & albedinem, sicut datur inter ipsum, & Paulum, ergo mutua separabilitas non arguit majorem distinctionem, quam non mutua. Ad Conf. negat pariter majorem, non enim distinctio dicitur realis propria, quia sit inter rem, & rem, sed quia est inter extrema positiva, & est opposita distinctioni formalis, & distinctioni rationis, & quia distinctio rei à modo est hujusmodi, ideò est distinctio realis propria, quamvis non sit inter extrema mutua separabilia. Sed hanc solutionem simul cum instantia illa adducit Suarez loc. cit. sec. 2. num. 7. & reicit dicens aliud esse loqui de inseparabilitate naturali, aliud vero de inseparabilitate in ordine ad potentiam Dei absolutam, nam ex priori sola non potest sufficiens argumentum sumi indistinctionis realis proprie, & in rigore sumptae, ut convincit argumentum de subiecto, & accidente, de materia, & singulari formis materialibus, materia enim potest à qualibet individua forma separari, & sine illa conservari, nulla vero talis forma potest naturaliter separari à materia, ita ut sine illa conservetur, ac vero si sit sermo de inseparabilitate in ordine ad potentiam Dei absolutam, inquit valde probabile argumentum sumi, ex quo praedicto modo comparatur, & conservari non possunt mutua separata, tantum distingui modaliter, ratio est, quia saltem utrumque ex illis duobus tale est, ut per potentiam Dei absolutam non possit sine alio conservari, magnum argumentum est illud essentialiter tantum esse modum quandam, & non veram entitatem, quia si esset vera entitas, non possit habere tam intrinsecam dependentiam ab alia entitate, ut non possit Deus illam supplere infra infinita potentia, ergo solum id provenire potest ex eo, quod illud extremum in sua intrinseca essentia non est entitas, sed tantum modus, ita Suarez cit. quibus an re vera illi instantiae satisfaciatur, nolofollicitus esse, id enim Poncio incumbat, qui eam adhibuit. Solutio vero, quam Poncius adhibet ad Conf. minimè placet, dum negat distinctionem realem proprie dictam esse illam, quae versatur inter rem, & rem, & inquit esse illam, quae est inter extrema positiva, & opponitur distinctioni formalis, & distinctioni rationis, hoc enim nihil est didu, peto namque per quid opponatur distinctio realis proprie dicta distinctioni formalis, planè non illi opponitur, quia sit inter extrema positiva quoad deum, nam in hoc sensu entitas formalis distinctio inter positiva versatur, sed quia positiva, inter quae versatur distinctio realis, funt res, illa vero, inter quae versatur distinctio formalis, non sunt res, sed realitates, sive formalitates, quam doctrinam postea tradidit ipse Poncius in immediatè post q. seq. ex communi Scotistarum ponens discrimen inter extrema positiva distinctionis realis, & distinctionis formalis, male ergo negat distinctionem realem proprie dictam esse illam, quae est inter rem, & rem, & potius negare debebat modum non esse rem, quantum sufficit, ut possit fundare realem distinctionem.

203 Itaque ad argumentum negandum est, inseparabilitatem illam non mutua arguere minorem distinctionem, inter rem, & modum, quam faciat separabilitas mutua, contingere enim potest, ut illa inseparabilitas, quae est ex parte alterius extremi, non oriatur ex identitate aliqua, vel minori distinctione, sed ex alio modo dependentie magis intrinseco, ac insupplebili entia per potentiam Dei absolutam, ut Adversarii quampures dicere solent de actu vitali, gr. intellectio respectu intellectus, à quo non posse ajunt separatum conservari nec naturaliter, nec supernaturaliter, cum essentiali dependentiam dicat à potentia vitali, & nos Scotista priori ratione afferimus de toto essentiali physico respectu suarum partium unitarum, & tamen certum est, intellectio non minus realiter ab intellectu distingui, quam distinguatur ab eo à Petro, cum quia in ratione distinctionis, & alicuius tam est verum dicere sessionem esse aliud sedentis, figuram à quantitate, à parte rei, quam intellectioem ab intellectu, & ideò illa inseparabilitas non arguit minorem distinctionem. Vel dicendum, quod si aliquo pacto minorem arguit distinctionem, non tamen talem, ut non possit, ac debeat adhuc dici realis; quia ut supra dictum est, modus est res, quantum sufficit ad fundandam realem distinctionem proprie dictam, & separabilitas cum amissione propriae existentiae absque praedictione existentiae alterius extremi est sufficiens indicium realis distinctionis ab eo. Ad Conf. si per rem, & rem intelligatur extrema, quae possint ab invicem separata manere, & conservari, negatur major, hoc enim non est necessarium, sed sufficit, quod extrema ita sint res, quod unumquodque possit produci, vel corrupti absque destructione, & corruptione alterius, res enim physica dicitur, prout à realitate metaphysica distinguitur, quocirca potest terminare causalitatem agentis Physicam, & realem, quia hoc necessariò terminatur ad essentialiter rei, prout existens est, sive solitarie in seipso, sive cum alio associata, quo sensu intellecta, & concessa majori, negatur minor, quod modus non sit res, & distinctio inter ipsa non sit veluti rei, & rei quantum sufficit ad fundandam distinctionem realem proprie dictam. Ad ult. negatur prima consequentia, & consequenter etiam secundae, & ratio negationis est, quia conjunctionem duorum non opponitur, vel excludit distinctionem, ut contrae de materia, & forma unitis in composito, & adhuc realiter inter se distinctis, sed opponitur divisioni, eamque excludit, nam si conjunctio esset quidam modus identitatis, non ita realiter distingueretur anima, & corpus in homine quòd sunt conjuncta, ac postea quando possit obitum sunt



diffuncta, quod si conjunctio minuit distinctionem unitorum (quod tamen absolute falsum est proprie de distinctione loquendo) non tamen ita minuit, ut adhuc distinctio inter illa nequeat dici realis.

Sed adhuc infat Suarez, si modus intrinsecus esset vera res, & entitas, non posset habere tam intrinsecam dependentiam ab alia entitate, ut non posset saltem Deus illum supplere sua infinita potentia, ergo solum id provenire potest ex eo, quod illud extremum in sua intrinseca essentia non est entitas, sed tantum modus. Resp. negando assumptionem: potest enim interduo unum ens adeo essentialiter dependentiam habere ab alio, & necessariam connectionem cum iplo, & ejus indigentiam, nec etiam a Deo suppleri possit, quemadmodum dicitur Adversarij de a du vitali, qui adeo necessarius in suo esse, & fieri dependet a potentia vitali, ut nec a Deo ejus indigentia suppleri possit, nec tamen dicant illum esse modum. Accedit, quod ratio modi non tollit ab eo, quod non fit res, & entitas realis absolute loquendo, sed solum, quod non fit res eo pacto, quod res dicitur illud, cuius est modus ut docet Scot. loc. cit. 1. non est res sumendo rem pro illo, quod se solo existere, & conservari potest, neque ex sua ratione intrinseca petit esse alteri affixum per modum determinationis, & modificationis. Denique ratio a priori cur modus extrinsecus per se existere nequeat, & petat affixum esse rei, quam modificat, ita ut nec per Dei potentiam se solo conservari possit, non est quia non fit res, nec per Dei potentiam se solo conservari possit, non est quia non fit res, nec entitas relativa, ut constat de unione, ubi, actione, passione, &c. ut dixi disp. 7. qu. 6. art. 1. num. 143. repugnat autem omnino respectum, qualemcumque sit, conservari separatum a fundamento, cum essentialiter sit habitudo quaedam unius ad aliud, ut dicitur et dicitur. 3. Phys. num. 246.

204 Circa aliam distinctionem modalem scilicet modum intrinseci a re, cuius est modus, ut existentia ab essentia, infinitatis a Deitate, &c. a plurimum modorum inter se, ut existentia, & actus, & potentia, & hujusmodi, nonnulli Scotistae eam constituunt speciem distinctionis ab alio conditinctam, & disparatam, quibus praevisse videtur Maçon. 1. d. 8. quaest. 1. artic. 2. ubi quatuor species distinctionis praeter opus intellectus proponit ab invicem distinctas, inter quas distinctionem praesertim modalem enumerat. Alii vero Scotistae passim eam reducunt ad distinctionem ex natura rei, quam supponunt speciem ab aliis conditinctam, & minimam inter omnes distinctiones anteyertentes opus intellectus, ita Formalistae apud Siret. art. 2. quos refert, & sequitur Franc. de Roy lib. 2. Formalit. cap. 13. sec. 2. Alii tandem eam reducunt ad formalem distinctionem, sed quia modus intrinsecus proprie non importat aliquam formalitatem, ideo rationem de se conceptibilem vocant rem, cuius est modus, ut diximus disp. 2. quaest. 6. art. 1. vocant eam distinctionem formalem negativam, vel non identitatem formalem, ita Meuriss. lib. 2. suae Metaph. cap. 3. quaest. 4. conclus. 4. Poncius tom. 3. curfus disp. 20. num. 80. Faber. tract. Formalit. & alii quampures.

Et haec ultima sententia placet, quam jam in Logica dedi disp. 1. qu. 5. art. 2. declarando distinctionem formalem, & superius in hac disp. num. 168. quia ut constat ex ibid. dictis, nulla est ratio convincens, ut ponatur species quaedam distinctionis ab aliis conditincta, & separata; debet ergo ad alias reduci, quae veram speciem constituunt distinctionis a parte rei, talis autem est, neque distinctio realis, quia modus intrinsecus non potest dici res, immo neque formalitas in rigore loquendo; neque reduci potest ad distinctionem ex natura rei, ut ponitur a Formalistis, quia falsum est, hanc distinctionem ex natura rei constituere speciem ab aliis conditinctam, cum potius sit genus ad omnes distinctiones praeter opus intellectus, ut dicitur supra qu. 7. art. 2. remanet ergo, ut reducatur ad distinctionem modalem extrinsecam, seu modi extrinseci a re, cuius est modus, & distinctionem modalem intrinsecam, sicut enim de illa conclusum est pertinere ad distinctionem realem, nec constituere speciem ab ea conditinctam, quia ad distinctionem realem sufficit, quod habeat extrema positiva, quorum alterum possit esse sine alio, etiam si non est contra, ita etiam in proposito concludendum est, istam distinctionem modalem intrinsecam, seu modi intrinseci pertinere ad distinctionem formalem, nec constituere speciem ab ea conditinctam, quia ad distinctionem formalem sufficit, quod extrema sint positiva, & quavis realiter identificata, unum tamen ex illis non est formaliter aliud, quod non tantum de duabus formalitatibus verificatur, sed etiam de formalitate, & modo ejus intrinseco. Adde tamen, quod sicut distinctio modalis modi extrinseci, quavis pertinet ad distinctionem realem, tamen dicitur distinctio realis veluti imperfecta ratione alterius extremi deficientis a ratione rei, capiendi rem in rigore pro entitate, quae se sola existere potest, nec indiget alia tercia re, ut existat, ita in proposito distinctio modalis intrinseca (seu modi intrinseci a re, cuius est modus, dicitur potest distinctio formalis, veluti imperfecta, ratione alterius extremi deficientis a ratione formalitatis, capiendi formalitatem in rigore pro ratione se sola conceptibili, quia modus intrinsecus necessario petit concipi cum re, quam modificat.

205 Sed instant Formalistae, non posse hanc distinctionem modalem pertinere ad formalem, quia distinctio formalis ea dicitur,

quae versatur inter formalitatem, & formalitatem, sed modus intrinsecus non est formalitas, cum non sit ratio praecipua, & ex se conceptibilis sine re, cuius est modus, ergo, &c. Tum quia distinctio haec modalis est minor distinctione formali, ergo ad ipsam pertinere non potest, sed propriam speciem constituit, propterea assumptum ex Scot. 1. d. 3. qu. 2. E. ubi loquens de conceptu reitum modo in comparatione ad conceptum alicujus rei sub aliqua formalitate diversa, inquit, quod ille est simplicior, quam ille, & ejus verba sunt haec, loquendo de conceptu Dei in finitum ille est simplicior, quam conceptus ens boni, vel entis veri, vel alicujus similitum, & reddit rationem, quia infinitum non est quasi attributum, vel quasi passio ejus, de quo dicitur, sed dicitur modum intrinsecum illius entitatis, ita quod cum dico ens infinitum, non habeo conceptum quasi per accidens ex subiecto, & passione, sed conceptum per se subiectum in certo gradu perfectionis scilicet infinitatis, sicut albedo in certa gradu perfectionis per accidens, sicut albedo visibilis, immo intentio dicitur gradum intrinsecum albedinis in se, & ita patet simpliciter hujus conceptus scilicet ens infinitum; unde tale conceptum argumentum. Quandoquidem aliqua divota se habent, quod simpliciter conceptum faciunt, quam alia duo, illa minori diversitate sunt alia, nam major alicuius majorem compositionem facit saltem in conceptibus, sed res, & modus simpliciter conceptum faciunt ex Scoto, quam res una cum alia formalitate, sicut Deus cum bonitate, quae distinctio sola formalis distinguitur ergo, &c. Denique distinctio modalis stat cum identitate formali, ergo non concidit cum distinctione formali, sed est minor illa, quia est minor distinctio alia, quae secum comparatur identitatem oppositam illi distinctioni, probatur assumptum, quia res, & modus eandem habent formalitatem, pro quanto modus nequit seorsum a re concipi, ideoque habent identitatem formalem oppositam distinctioni formali. Nec satis est, si dicitur, rem, & modus esse idem formaliter sola identitate negativa formali, pro quanto non habent distinctas formalitates, non autem esse idem identitate formali positiva, quia utrumque non praesertim propriam formalitatem. Non, inquit, satisfacit, tum quia illud sufficit ad inferendum distinctionem modalem esse minorem distinctione formali, tum quia identitas formalis negativa opponitur distinctioni formali positive factum privative.

Resp. ad distinctionem formalem sufficere, quod extrema sint positiva, & quod licet sint realiter identificata, unum tamen ex illis non fit formaliter aliud, ut patet quae. seq. quod verificari potest de formalitate, ac ejus modo intrinseco perinde ac de duabus formalitatibus, Ad 2. ideo inquit Doctor distinctio modalis esse minorem formali, quia distinctio formalis sumitur absolute pro illa, quae versatur inter formalitatem, & formalitatem, in quo sentit, ut diximus, distinctio modalis deficit a distinctione in rigore formali, & distinctio formalis quasi imperfecta, quatenus modus intrinsecus deficit a ratione vere formalitatis. Ad ult. concedo gratis illam solutionem inter argumentum allatum non plenè satisfacere, quia extrema hujus modalis distinctionis sunt positiva, quorum unum formaliter non est aliud, & ideo non est tantum non identitas formalis inter ea, sed vera, & propria formalis alicuius; quia de causa neque probandum est modus eorum, quia hanc distinctionem modalem appellant formalem negativam, cum enim extrema talis distinctionis sint positiva, ipsa quoque distinctio in suo genere poterit dici positiva; itaque ad argumentum potius negandum est assumptum cum ejus probatione, quia ex hoc, quod modus non est per se conceptibilis seorsum a re, cuius est, modus, non sequitur, rem, & modum eandem habere formalitatem, ac esse idem positive, cum hoc enim stat ad huc, quod unum non fit formaliter aliud, immo ex hoc ipso, sequitur rem, & modum diversas habere rationes conceptibiles, & quod unum non est formaliter aliud, & ad summum inde deducitur potest inter rem, & modum versari distinctionem formalem imperfectam, quatenus manca est ex parte unius extremi deficientis a propria ratione formalitatis.

Q U A E S T I O X I.

De natura identitatis, & distinctionis formalis ejusque utilitate.

206 Hæc est illa distinctio media inter simpliciter realem, & simpliciter rationis, adeo celebris, & famigerata in Scotistarum schola, quam omnes ferè excola hujus nostram averantur, & acriter impugnant; sed ut bene notavit Ovved. controversi. 4. Met. punct. 2. rotus eorum labor est in hac distinctione impugnanda, sed nullus eorum induit in assequenda mente Scoti, & Scotistarum, quod per hanc distinctionem intellexerint medium inter realem, & rationis, unde factum est, ut plerique impugnent, quod non intellegunt, nec unquam somniant Scotus. Pro redigatur hujus identitatis, & distinctionis formalis inter realem, & simpliciter rationis, hinc per distinctioem formalem a Scoto, & Scotistis assertam, veluti medium inter simpliciter realem, & simpliciter rationis, hinc non intelligi divergentem inter ea repertam, quae habent distinctas essentias, & naturas, quo sensu homo, & animus formaliter ab invicem

vicem differre dicuntur, quia similes habent essentias, & quidditates, non inquam, sic intelligenda venit, quia in hoc sensu, ut scripsit etiam Doctor, potius est distinctio formarum, ideo, naturarum, & essentiarum integrarum, quam differentia formalis plurimum gradum ejusdem essentia totalis, qui & formalitates appellari solent. (qua de causa distinctio inter eas formalis appellari confuevit; unde distinctio formalis in se solum vera est distinctio essentialis, sed distinctio realis naturarum, de qua supra diximus num. 164. & 169.)

Rursus supponendum est per distinctionem formalem medium inter realem, & rationis Scotum non intelligere distinctionem illam, quam Recentiores vocant virtuaem, vel rationis rationate, ut cum finitè interpretatur Suarez disp. 7. Met. sect. 3. num. 13. & lib. 4. de Trin. cap. 4. Hurtad. disp. 6. Met. sec. 3. Salas p. 2. tract. 2. disp. 4. sect. 3. & alii nonnulli, quibus (quod pejus est) ex nostris addeit Herrera 1. tom. disp. 8. qu. 13. & disp. 12. qu. 1. quae haec distinctio non anteverat omnino formaliter, & adualiter opus intellectus, sed virtualiter tantum, & fundamentaliter, formaliter vero, & adualiter compleatur per opus intellectus; hoc liquidem repugnat expressis Scoti verbis, nam in 1. d. 3. qu. 4. §. ad questionem respondens, de hac ipsa distinctione loquens, quae inter divina attributa reperitur, sic loquitur, hinc quod inter perfectiones essentialis non est tantum differentia rationis, quae est diversorum modorum concipiendi, idem obiectum formale, velis enim distinctio est inter sapientiam, & sapientiam, & usque major inter sapientiam, & veritatem; nec est ibi tantum distinctio obiectorum formalium in intellectu, quia ut argumentum expressum, illa nunquam est in cognitione intuitiva, nisi sit in objecto intuitivo cognitio, est ergo ibi distinctio tertia praecedens intellectum operi modo, & ne quis exponere possit, quod haec distinctio sit solum virtualis, statim addit, & est ista, quod sapientia est, ut res ex natura rei, & bonitas est in re ex natura rei, sapientia autem in re formaliter non est bonitas, nisi quod adhuc pariter inferius magis exprimit dicens, & intelligo sic, quod intellectus componens istam sapientiam non est bonitas formaliter, non autem actu suo collata, veritatem istius compositionis, sed in objecto invenit extrema, ex quorum compositione fit actus verus, quid clarius dicere poterat ad innuendum hanc distinctionem formalem esse actualem, & non virtuaem tantum, & antevertere omne opus intellectus? Accedit quod 2. d. 3. qu. 1. directè docet naturam entitatem a singularitate ex natura rei formaliter actualiter distingui, ideoque communitatem naturae realem esse, & singularitatem vere a parte rei naturam communem contrahere, ac cum ea veram compositionem metaphysicam efficere, quod cum semper reperitur, quotiescunque de hac distinctione media loquendum occurrit, non est cur dubitemus, hanc distinctionem apud Scotum esse omnino actualem, & non tantum virtuaem, & fundamentalem, adeo ut opere intellectus egeat pro ejus complemento. Accedit tandem unanimitas, & perpetuus omnium Scotistarum consensus, tam veterum quam Recentiorum, qui in hoc sensu mensent Dodoria intellexerunt de hac distinctione formali media inter realem, & rationis; unde inconcussò factis Amicus tract. de Distinct. qu. 14. art. 1. notab. 3. inquit, controversiam esse apud Scotistas, an haec distinctio sit actualis praecipio opere intellectus, hoc enim apud nullum Scotistarum video controversum, uno Herrera excepto, de quo non est mirum, quia veluti doctrina Thomistica imbutus plerumque etiam in aliis a re dea Scotistarum exhoritur.

207 Sed quod adversarij decepti in intelligentia opinionis Scoti est quidem discursus, quem habet 1. d. 2. q. 5. sed hic refert, ubi agens de hujusmodi distinctione, quam ibi reponit inter essentiam, & relationes, & explicans, quo sensu possit dici realis, habet haec verba non est proprie realis actualis, intelligendo sicut communiter dicitur actualis illa, quae est differentia rerum, & in actu, quia in una persona non est aliqua differentia rerum propter simplicitatem divinum, & sicut non est realis actualis, ita non est realis potentialis, quia nihil est ibi in potentia, quod non sit in actu, potest autem vocari differentia rationis, non quod ratio accipiatur pro differentia formata ab intellectu, sed ut ratio accipiatur intellectus, vel alio modo vocari potest differentia virtualis, quia illud, quod habet talem distinctionem in se, non habet rem, & rem, sed una res habens virtualiter, sive eminenter duas realitates, quia utique realitatis, ut est in illa re, competit illud proprium, quod inest tali realitati, ac si ipsa esset res distincta, ita enim haec realitas distinguitur, & illa non distinguitur, si ipsa esset una res, & illa alia a re. Doctor loc. cit. ex quo sicur deducit Hurtad. Scotum per hanc distinctionem formalem ex natura rei aliam non intellexisse, quam distinctionem rationis rationate, quae virtualiter solum praecedit in objecto opus intellectus, non autem actualiter. Rursus urget Herrera, quod Doctor loc. cit. paulo infra explicat hanc distinctionem per non identitatem, quarens enim, an concedi debeat aliqua distinctio inter relationes, & essentiam, Respondens (inquit) melius est uti ista negativa, hoc non est formaliter aliud, quam hoc est sic, vel sic distinctum, quae loquendi modo significat talem distinctionem formalem non esse potissimum, sed negativam, & proinde non esse actualem, sed virtuaem.

Ceterum, si praecitatus textus attentè legatur, Doctor ibi directè docet hanc distinctionem, quam ibi significat inter essentiam, & relationem, esse formalem actualem, & omne opus intellectus.

Aut praecedentem, non vero virtuaem, vel rationis tantum rationate, ut exponit Hurtad. ut iam innuimus disp. 7. Log. qu. 5. art. 2. nam ab initio §. Sed hic refert, quod non est sine assertione, & praedictio sententia melioris, quod non est quae formaliter suppositum est incommunicabile, & ratio essentia, ut essentia, habens aliquam distinctionem praecedentem omnem actum intellectus creati, & increati, ergo haec distinctio formalis, de qua ibi loquitur, esse nequit solum virtualis, aut rationis rationate, ut exponit Hurt. quia haec licet praecedat omne opus intellectus secundum fundamentum, non tamen praecedit secundum rationem distinctionis, ut sic, quemadmodum vult Doctor. Deinde paulo inferius inquit, divinum intellectum videre essentiam, & relationes, eoque intreri, ut duo objecta formalia per se terminantia cognitionem intuitivam, unde includit hanc distinctionem non esse ab intellectu, sed in objecto praecedere omnem actum intellectus, ergo haec distinctio formalis, de qua ibi loquitur, essentialis, non virtualis tantum, aut rationis rationate, quia vult totam illam distinctionem, quam intellectus percipit, reperiri in objecto a parte rei. Et quamvis paulo infra dicat, illam vocari posse distinctionem rationis, ibidem tamen explicat, quo sensu id dici possit, non quidem ita ut ratio accipiatur pro differentia formata ab intellectu, sed ut ratio accipiatur pro quidditate rei, secundum quod quidditas est obiectum intellectus; & cum rursus ibi vocat illam virtuaem, statim explicat, quo sensu illi asserti possit, quia nempe illud quod habet talem distinctionem in se, non habet rem, & rem, sed est una res habens virtualiter, sive eminenter plures res, unde vocat illam virtuaem, non quia accipiat esse actualem ab intellectu, sed propter aequivalenciam, quia cum dicitur solum plures formalitates ex natura rei distinctas, seu plures realitates, aequivaler tamen pluribus rebus distinctis realiter, unde intelligi debet de virtualitate, quia una res continet in se duas formalitates, quibus competunt proprietates illius rei, ac si essent distinctae, sicut duae res, quemadmodum ibidem se Doctor explicat. Immo paulo inferius subdit. Hb. ut magis mentem suam aperiret, & ne confusio contingeret ex vocabulis distinctionis rationis, & virtualis, ait melius esse omnittere illa, & hanc distinctionem potius appellandam esse distinctioem ex natura rei, quam rationis, nec proprie virtuaem sed formaliter his verbis, breviter igitur dico omnitero illa verba de distinctione rationis, & de distinctione virtuali, quod in essentia divina ante actum intellectus est eorum. A. & est entitas B. & haec non est formaliter illa, ita quod intellectus paternus consideratur A. & considerans B. habet ex natura rei, unde ista compositio sit vera A. non est formaliter B. non autem praedict ex aliquo actu intellectus circa A. & B. conlat igitur apud Doctorem per hanc distinctionem ex natura rei formalem non intelligi aliquam distinctionem, quae fiat, & compleatur ab intellectu in esse distinctionis, ut est distinctio virtualis, vel rationis cum fundamento, sed aliud genus distinctionis, quae secundum se totam praecedat actum intellectus.

208 Quare vero dixerit Doctor ibidem hanc distinctionem formalem potius explicandam esse per negationem identitatis formalis, ait Bargius ibidem ita Doctorem loqui, quia nondum determinaverat, an relationes haberent suas proprias formalitates, vel potius essent modi divinae essentiae. Taretur autem, & Vigerius ibid. ac etiam Bassol. 2. d. 22. qu. 4. art. 2. Vulpes tom. 1. part. 1. disp. 8. art. 6. Meuriss. lib. 2. suae Metaph. c. 3. qu. 4. conclus. 4. aunt, Doctorem sic loqui, ut offenderet distinctionem formalem non importare veram relationem realem inter extrema sic distincta, quemadmodum importat distinctio realis, quia distinctio formalis ex natura rei non est censenda actualis ratione relationis formaliter importatae per distinctionem, sed materialiter solum ratione extremorum, quae sic a parte rei distincta ita habent in eadem re proprium esse actualem, extra nihil, ut esse formale unius non sit esse formale alterius. Similiter vero tract. 2. de Deo uno disp. 1. qu. 2. n. 40. ait, Doctorem ita loqui, quia negativa identitas potest habere sentium praecipuum, ita ut ratio unius proprietatis intelligatur non intellecta ratione alterius affirmativa, autem distinctionis videri potest habere sentium exclusivum, quia positive opponit unum alteri, divinae autem perfectiones non se invicem simpliciter excludunt realem, quia ergo exclusio positiva videtur excludere entiam identitatem realem, ideo inquit Doctor melius esse uti ista negativa, hoc non est formaliter illud, quam affirmativa dicendo hoc est sic, & sic distinctum; his ergo de causis vult etiam Doctor voce non identitatis potius, quam distinctionis, non autem quia vox distinctio sit penitus abiciens, & aut quia distinctio formalis, de qua loquitur, sit negativa, & non positiva, ac virtualis solum, non autem actualis. Adde tandem, quod dixi disp. cit. Log. potissimum causam, cur Doctor hanc distinctionem formalem maluerit appellare non identitatem potius, quam absolute distinctionem ex natura rei, esse, quia ex communi modo loquendi praesertim tunc temporis distinctio ex natura rei pro vera, & rigorosa distinctione reali usurpari solebat: ut ibi Doct. innuit verè. Sed numquid haec distinctio dicitur realis? Et quia primus ipse fuit, non qui hanc distinctionem excogitavit (ut male inquit Meuriss. nam aperte habetur apud Arist. pluribus in locis, ut postea dicemus) sed quoniam illam in divinis perfectionibus invenit valde sobrie, ac modeste loquitur, ne distinctionem realem inter eas ponere videatur, & divinam ledere simplicitatem.